


Gospel for the Third Sunday After Epiphany

Tonus evangélii

D


Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

I


-n illo témpore: Cum descendísset Jesus de monte, secútæ sunt e-um




turbæ multæ: et ecce, leprósus véni-ens adorábat e-um, dicens: Dómine,




si vis, potes me mundá-re. Et exténdens Jesus manum, té-tigit e-um, di-




cens: Volo, mundá-re. Et conféstim mundáta est lepra e-jus. Et a-it illi




Jesus: Vide, némini díixeris: sed vade, osténde te sacerdóti, et offer mu-




nus, quod præcépit Mó-yses, in testimóni-um il-lis. Cum autem intro-ísset




Caphárna-um, accéssit ad e-um centúri-o, rogans e-um, et dicens: Dómine,


 pu-er me-us jacet in domo para-lý-ticus, et ma-le torqué-tur. Et a-it illi



 Jesus: Ego véni-am, et curábo e-um. Et respóndens centúri-o, a-it: Dómi-



 ne, non sum dignus ut intres sub tectum me-um: sed tantum dic verbo,


 et sanábitur pu-er me-us. Nam et ego homo sum sub potestáte consti-



 tútus, habens sub me mí-li-tes, et dico hu-ic: Vade, et vadit: et á-li-i:


 Veni, et venit; et servo me-o: Fac hoc, et fa-cit. Audi-ens autem Jesus,


 mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam


 fidem in Isra-ël. Dico autem vobis, quod multi ab Ori-énte et Occidénte



 véni-ent, et recúmbent cum Abraham, et Isa-ac, et Jacob in regno cæló-



rum: fí-li-i autem regni e-ji-ci-éntur in ténebras exteri-óres: ibi erit fletus,



et stridor dénti-um. Et dixit Jesus centuri-óni: Vade, et sicut credidísti,



fi-at ti-bi. Et sanátus est pu-er in illa hora.